Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Animalibus libri I-XXVI - Cod. Aug. pap. 11

Albertus <Magnus>

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Tractatus II

urn:nbn:de:bsz:31-87034

Visual Library

1

prosdo sic. Sic igitur dictum est quod sunt
animalia latencia in cavernis et in diebus et per
quantum tempus et quo tempore dictum est et
quod animalia spoliantur senectute et quot et
quando

Tractatus 2us septimi libri animalium de perfectionibus et
infirmitatibus animalium Capitulum primum de hiis ex
quibus proficiunt et impinguantur animalia et
de contrariis ipsorum ex quibus infirmantur et pre-
cipue pisces et aves

Nunc autem loquendum est de hiis que
faciunt perfectionem in animalibus et
de hiis que faciunt infirmitatem
Sciendum igitur quod non omnia animalia
pinguescunt neque distrasantur aequaliter sed
omni modo et secundum tempus unum eo quod non sunt
eiusdem complexionis Infirmantur igitur quedam
una qualitate temporis et quedam alia accidit
autem diversitas animalium in infirmitatibus secundum
diversitatem generis et complexionis corporis quia
enim quedam sunt corrupta quorundam animalium
et alia sunt sana in eisdem temporibus et ge-
nerantur in eis melius et fecundantur Et hoc
precipue accidit feliciter generi hoc est generi
columbarum domesticarum enim genus illud impinguatur
in tempore sicco et fecundantur tunc plus aliis
temporibus ita quod pro pinguedine vix possunt ambu-
lare Et in hoc eodem tempore plurima aliarum
infirmantur animalium pluvie autem conferunt
omnibus piscibus preter pauca quia illi in imis
fundo resolvuntur eo quod quatuor causae conveniunt
in eis humor refluens extremitas videlicet
seminis et nature et habitationis et temporis hec
eadem autem tempora nocent avibus eo quod aves
sicce constituuntur et aeree propter earum conservationem
per modum propter quod etiam non iuvantur multo
potu Siccitas autem multa nocet piscibus
et in siccis et calidis temporibus frequenter in
latinis moriuntur Et vocatur vulgariter hoc
piscium pestis bullicio aque eo quod tunc calor
vaporem movet de profundo qui aquam inspis-
sando et calefaciendo facit inutilem ad re-
frigerandum cordis piscium et ad attrahendum eo
et ex omni branchiis moriuntur in aere cor-
rupto propter hoc etiam aves sicco gaudentes
quia habent curvos ungues qui peciores
sunt avibus aliis sicut ostendunt ungu-
nes et feracitas ipsarum et audacia quasi
nichil potant Vultur enim valde et parum
potant sicut diximus Et hoc ignorabat
Homerus quem arabes antyopos dicunt di-
cens in capitulo volucrum vulturem potu siccam
mortem perpignassa orbis conditum Alie vero
aves potant sed non multum neque potant
multum continue Columba tamen fortiter
bibit sed non diu Similiter autem multum omne
animal habens pulmonem mollem et suas multum
potat amplius autem egritudines avium que
nascuntur ex dependencia alarum neque diu
permittit alas in una dispositione manere sed
quasi continue elevat et decidit Econtra autem
maior pars piscium generum impinguatur tamen
pluviosis eo quod tunc inveniunt multum cibum
vapores enim sua elevatione multiplicant
herbas et radices que sunt cibus piscium
sed etiam ipsa aqua pluvie valet piscibus
eo quod sapida et dulcis est et continet in eis
nutrimentum fluxum et calefacit corpora
eorum piscibus enim confert pluvia sicut con-
plantis terre quia orti et plante ortorum
irrigantur aquis fluvium et fontium sunt
etiam minoris irrigatione magis crescunt ad
aquam pluvie propter vaporositatem et caldi-
tatem aque ipsius Et tamen sunt que maxime
temperant frigiditatem aquitatem generum
piscium Et ideo mulier gualescunt inter Si
autem ad pluviam qualescunt cutine crescentes
in ortis et olera nichil tenuasentium bene
crescit nisi irrigatum et imbibitum aqua
pluvie Signum autem huius est quod maior pars
piscium perambulat ad locum qui caytaz vo-
catur arabice quod quidam putant interpretari
dicit sed falso Caytoz arabice vocatur
ortus et lacus sic vocatus est eo quod multi
fluvii magni ibi in mare cadunt hoc autem
precipue est circa hostia renum ubi mosa
et renus et amisa et albia fluvii maxi-
mi non longe abinvicem in mare cadunt
Ibi enim in terris germanie plurima est pis-
cium generatio eo quod aqua illius laci est
magis dulcis fluviali autem ad hunc ma-
gis propter illius aque subtilitatem confugiunt
propter quod etiam plurimi pisces intrant
ad loca pluviosa et ibi pinguescunt Et
quod fluvii et lacus ex pluviis notabile
accipiunt in mutacionem incrementum adeo
natant ad fluvios et lacus ut cuilli

impinguentur et hoc precipue convenit
piscibus qui vocantur amya et astoroz.
Venientibus autem aquarum pluvie convenit pis-
cibus precipue aqua estivalis. Maiores
autem proficiunt quando ver et estas et autumpno
fuerint pluviosa. Utilius autem quando certis temporibus
tempora sunt hymalibus autumpnis sunt bonis
hominibus tunc etiam pisces impinguantur. Ca-
lido etiam et sicco existente autumpno in eodem
adunantur humores in hominibus et propter
estatem intensi sunt et excitati sunt et tunc
multiplicantur quartane et pariunt febres.
Appositiones autem dispositiones autumpni hucce-
tant et distinguunt ea que per estatem in corpo-
re sunt et tunc proficiunt homines et pisces
non impinguantur quoniam potius pisces lapidem
habent in cerebro ibi tamen moriuntur sicut
pisces vocati latine coconnis lupus sive
lucius et sic qui grece vocatur harenus la-
babos et scabie. Sed etiam pisces apud
nos tales lapides sepissime habentes sunt
ut qui monachum vulgaliter vocant. Et
ille qui vocatur bresma et qui vocatur
nasus qui est magnus dentibus et de hiis
sum ipse expertus quod frequentissime habent lapi-
des in cerebro et sunt albi lapis enim
hic infrigidatur in capitibus corporis et coa-
gulatur et tunc cadit piscis et moritur. Qui-
dam autem pisces ut fistoroz et kaloz
et murenoz et de isto genere est id quod vocatur
gangi sive congruus et murena et orp-
hus et pisces vocati lapidem clauat et-
iam et abscondunt se nocent enim eis
pluvie quod in pluvia multiplicantur me-
dulle capitum ipsorum et fluxu reumatis ex-
cecantur eis oculi et hoc magis manifes-
tatur in karabo quoniam oculi corporis albescunt in
tempore pluvie multe et deprehenduntur ma-
ri tunc et manent et quasi turbati vi-
tamen hoc magis accidit propter frigus tempo-
ris quam pluit quam propter pluviam. In tempore enim
frigido quo greci fuerunt in mari quod voca-
bant ad locum qui carthago dicitur et hoc
est mare frigidum multi referunt capti kara-
bo cum albis oculis. Forte autem et hareto-
roz laborat in eodem tempore et propter causam
tamen laborant et absconduntur in hyeme.
Adhuc autem in estate magna frigiditate

laborat et infirmatur piscis qui vocatur arpz.
Sitivitas autem anni convenit ostreis quod barcham
sive purpura vocatur et ei quod dicitur kyloz
magis quam aliis piscibus. Adhuc autem piscibus
ingenitis suo conveniunt loca apparata. Quidam enim
apud terram proficiunt, quidam autem impinguantur
in profundo maris, quidam autem in manibus locis.
Adhuc autem quidam pisces impinguantur in
locis in quibus ex vapore communi elevato
super aquis herbis viridis incubit aque et
capti in locis istis sunt meliores. Adhuc autem
pisces qui comedunt carnes inveniunt multum
cibum in aqua virescente in superficie eo quod est
multitudo et quantitas ranarum. Amplius autem
quidam pisces impinguantur vento septentri-
onali et quidam meridionali. Pisces quidam
longi impinguantur septentrionali qui co-
loris contrarius talibus piscibus per aquilo-
nis frigus constringitur poris ipsorum ne eva-
poret ex ipsis humidum nutrimentale. Propter
quod etiam in estate flante vento septentrio-
nali multa talium deprehenduntur pisces.
Autem lati tunc placatia cum meridionali
impinguantur et quod eorum tantum aeris pulmonis
corporis resolvit eorum humidum et facit
residuum fluere per corpus et collat in-
pinguationis. Thachyroz autem et kylva
quod latine spata dicitur sunt boni in estate quando
sol in cancro est cum tamen in diebus canicula-
ribus. Et in tempore isto aliquis invenitur sub
aliis sive vermis sicut gusamus formatus.
Et est quidam pediculus aptus piscibus et est similis
parvo scorpioni et vocatur ab antiquis
astaros et in quantitate fere est sicut ara-
nea et morsu suo inducit aliis piscibus
dolorem magnum et sepe saltant supra
aquam sicut salit delfinus. Diligit autem iste
torcius calorem plus multis aliis piscibus
et ideo alii querendo calorem ponunt se super
arenas ubi modicum est aque calefacte a
sole et quando calefecerit se natat super aquas
et saltat super parvos pisces ut approximat
eas et quod reputat eas aves rapaces sunt.
Adhuc pisces parvi comeduntur a magnis
et ideo moriuntur maiores pisces magnos.
Cibum autem venantur pisces in nocte quam
solis ortum vel post aliorum propter quod
piscatores tendunt retia in nocte et tunc

pisces moriuntur et non bene vident quando autem plus augmentatur in ortu pleiadis videntur. Adhuc autem magis apparet infirmitas pestilentialis in piscibus sicut in hominibus et in aliis animalibus quadrupedibus. Et hoc ideo contingit quia per naturam humoris aquei et habitationis humiditatem et frigiditatem actualem contingentem corpora eorum complexionis ipsorum non possunt ita cito accipere humores corruptos pisces sicut accipiunt humores animalia sicciora et calidiora quibus etiam calor citius agitat et calor magis suffocatur in his quae cito incidunt et pestilentias incurrunt. Sic enim moriuntur equi et boves et oves et homines et cetera animalia huiusmodi. Piscatores tamen dicunt quod hoc accidit similiter piscibus aliquando. Capiuntur enim macri et mutati in colore a dispositione naturali tamen in aliis annis forte eisdem temporibus solitus sit capere eos pingues et pulchros in colore. Tamen haec pestilentia non accidit piscibus rivalibus in aquis fluentibus morantibus sed lacunalibus et paludosis propter causam quod super ebullitionem aquae nocivam quae piscibus inducit suffocationem. Adhuc aliud piscibus accidit infirmitas appropriata sicut ei qui vocatur geledoz hic enim semper manet in superiori parte aquae et ideo plus nocent ei quaedam stellae et maxime ascensus solis canis et pondositas et stotarnia generatur in capitibus eorum ex tonitruis fortibus. Accidit autem etiam stotarnia qui vocatur kolomoz sed minus quam geledoz eo quod non adeo habitat in aquae superficie. Piscis autem geledoz est quidam latine dictus vocatur silurus et est fluvialis. Adhuc autem est quidam piscium qui ex adoratione aquatica mordente moriuntur. Amplius quidam piscium ex calore moriuntur in ortu canis in diebus canicularibus. Amplius piscis qui vocatur kakati solet infirmari forti infirmitate. Inveniuntur enim sub suis branchiis multi pediculi qui interficiunt eum et talis infirmitas non invenitur alicui piscium accidere nisi sibi. Adhuc autem quando glacies totam aquae superficiem operit pisces alii moriuntur suffocati sub

glacie propter quod etiam perforant glaciem in lacunis et vivariis ut pisces habeant respiraculum. Et expectat eum mortuum vel iam moribundi aliquando deprehenduntur natantes super aquam fluvii aut lacus. Est autem duplex cautela venandi pisces et praecipue qui fugiunt in hieme a pelago propter tempestates et veniunt ad fluvium. Tunc enim venatores cavant in ripa foveam prope rivum et ponunt desuper herbas et ligna et faciunt viam a fovea ad rivum et cum pisces intrant in foveam propter quietem aquae in stantes venantur eos in instrumento quod dicitur maghada quod apud nos sonat gurgustium. In alio autem tempore capiunt eos secundum modum aliud tamen in aestate enim quam in hieme ponunt in medio fluvii ligna colligata magna et lapides in eis quibus profunduntur ligna in profundum ita quod magis latens non potest transire enatando. Tunc autem duo ligna magna complexa de virgis quae nos etiam sportas vel gurgustia vocamus et faciunt in his in parte una orificium amplum et in illo orificio ponunt instrumentum contrarium autem ex eisdem virgis terminatum sursum continue sudes acutos ad medium cingentes illos in stricto circulo ne piscibus pateat reditus et sic deprehenduntur raro distante a ripa. Adhuc autem aquae pluviae contraria est hominibus his qui sunt testeicori propter purpuram sive barchoram solam. Signum autem huius est quod testa posita in lato descensu pluviae et gustante ex ipsa moritur eodem die barchora. Autem haec habet quod postquam deprehenditur vivit multo tempore eo quod cibat se ex se ipsa eo quod super testam ipsius est humor aquae. Hoc est humiditas quaedam aquosa et viscosa et siccitas a pluviis aliis non convenit piscibus quoniam attenuat eos et malos reddit et pisces kakanci autem rubeis est etiam magnum aliquando aut etiam morigeroz est animal vocatum foringa paucum sive parvum et similiter kakanci alii est plus non propter hoc tamen quod detenti est in instrumento venatione ipsum sed etiam propter siccitatem et omnibus autem aliis testeicoris conveniunt multa pluvia eo

mare mota littus corpus efficitur dul
cius ubi habitant in loco aut navatur non
invenitur illud asperum propter frigus neque
in fluminibus nisi pauca quam cameccon dicun-
tur est duarum concharum illa autem que dicuntur
monoscora hoc est unam concham habentia
habent indurata corpora valde quasi vermi-
glacies Secundum hunc igitur modum declara-
tur de profectu et infirmitate marinorum

Capitulum viii de infirmitatibus et pro-
fectibus quadrupedum animalium

[E]gritudines autem quadruped-
alys sunt de causis porcis
enim tres morbi accidunt egri-
tudinum magne frequentius
quarum unus est quod accidunt eis branchi
quedam sive apostemata prope auriculas et
maxillas et sub mandibulis et forte
etiam in pedibus et in quolibet membro quod
fit ex collectione flegmatica a capite illis
descendente Et est hoc flegma naturale
putrescens quod calefactum putrescit in
apostemata aliquando autem dilatatur hic fluxus
et est hec collectio sub gutture et incidit
in squinantiam et tunc similiter pedes ma-
nent et moriuntur infra tres dies aliquando
autem non quedam massa colligitur sed pau-
latim distillando implet pulmonem et co-
rrumpit ipsum et tunc cum apparitione et
tussi maxime porcorum adquieta autem hec
passio subito eo quod ipsum animal flegmaticum
et humidum est Et consuetudo pastorum qui
porcos custodiunt statim abscindere membrum
in quo est infirmitas si potest abscindi quia
videtur eis quod non potest curari nisi per maiorem
Alia autem duplex egritudo porcis accidit
frequentius et hec duplex egritudo fractum
in arabico vocatur Una autem harum e-
gritudinum est dolor et ponderositas capitis
sive scothomia Et ex hac moritur ma-
ior pars porcorum propter congregationem
multorum frigidorum humorum in capite Alia
autem infirmitas est fluxus ventris ex
humore cadente in intestina Aut etiam
quod verius est ex fluxu lienterico ex mul-
ta visceris in frigiditate Et est opinio
pastorum dolorem non habere remedium forte
autem valet in ista ultima infirmitate

vinum receptum cum cibo sed tamen cavendum
ab ea est grave quod proprie invalidum corporis
expertis in plantas porci valde et interficiuntur
infra tres dies Alii autem primo et sponte do-
lor in porcis aggravatur accidit eis casus
auricularum Et si porci sunt grossi et pin-
gues iuvat eos comedere mora et iuvat
eos balneum aque valde calide que replevit
alsiniculam maturatam quod minuat eis vena
que est sub lingua et hoc magis valet ce-
teris medicinis porci etiam molles carnis qui sunt
castrati contingunt pustule in aure et collo et
spatulis et saepe sunt iste pustule sub lingua
et sub ascellis et vocantur leprosi tales
porci et quando extrahuntur pili et sete radi-
citus cuilibet adheret pilus humor albus ve-
nenosus qui etiam exponitur de poro Unde consul-
tius est quod capillis sive seta et continet hanc
infirmitatem vocatur eis granum cibus sive glandes
que sunt cibus gentior porcis Conveniunt
autem eis etiam cicera et frumentum amplius ad
dos valet cibus apparatus et diversis porcis
et alys animalibus Quidam enim cibus sunt conflatum
et quedam carnis et quedam pinguedinis generati-
vus apparet discretioni pastorum potentia
Sed hoc generale est quod porci delectantur in
comestione glandis et castanearum caro
solida licet faciant carnem aliquantulum hu-
midam et quando porci multum comederint de
glande forte abortiunt statim et sues
aboriuntur ex pastu pustule aut elefan-
tie de quibus dictum est non accidunt inter
quadrupedia nisi porcis amplius autem ca-
nibus etiam et lupis accidit infirmitas
radices videlicet quam quidem caniam sive
caninam insaniem vocant et squinantiam et
podagram propterea incurrant malum in sim-
ilium demoniacum Et est ista infirmitas cum
veneno quam humore venenum transfundit
in vulnera eorum quos mordent faciunt rabi-
dos propter quod et homines et alia animalia morsa a
cane rabido sauciantur et moriuntur preter hoc
quod per medicinam potest iuvari Multi tamen
ex hominibus moriuntur Nam enim vidi ca-
ne morsum rabido in brachio et anno duo-
decimo post hoc incepit inflari locus ci-
catricis et mortuus est infra duos dies
~~aut tres aut quatuor dies~~ ex paucis

Squinancia autem canina interficit canes infra duas aut tres aut quatuor dies. Et paucissimis canibus accidit podagra calida. Rabies autem non solum accidit canibus sed etiam camelis elefantibus. Aut nocet ventus sive ventosa infirmitas. Et huius causa aliquando non possunt lingere neque egerere. Terra etiam nocet eis nisi fuerit multum consuetus comedere lutum et lapides. Aliquando etiam patiuntur fluxum ventris et medicatur ei per aquam calidam et herbas puras quas hasso vocant medici. Vaccis etiam accidunt infirmitates podagra videlicet et trotharos quod est dolor capitis arabice. Cum autem habent podagram constringuntur eis pedes neque tamen statim. Propter hoc ungula cadit et inunguntur eis cornua oleo mixto cum cera et pice. Aliquando sanantur, quia podagra earum non est fortis. Cum autem accidit eis dolor capitis qui dicitur trotharos vehementer inspirant cum angustia et cito retinetur anhelitus et fit brevis ac si essent ex febre. Quia ista infirmitas vocatur applicatur infirmitati in hominibus scilicet febribus. Signum autem huius infirmitatis est dimissio auricularum et quod non comedunt et cito ex ista moriuntur infirmitate. Et quando accipiunt pecora vacce ex hac infirmitate moriuntur manifesta corruptio sive pulmonis ex fluxu enim a capite facto corruptus est pulmo, quo corrupto corrumpit aerem attractum ad pectoris refrigerium. Et hac incipit anhelitus velocitate et angustia. Est autem expertum quod tormentilla data eis contrita in potu vel pastu multum valet eis. Et equis similiter. Equis autem pluribus quam sit in equinatura quam gravibus impastus non accidit infirmitas quae constat praeter eam quae dicta est podagra videlicet et ideo aliquando amittuntur cornua pedum que subtelares vel spatulares quidam vocant et recrescunt eis tunc spatulares novi. Equinus autem equanaza vocat avicenna arabice equus astemus (?). Signum autem hanc infirmitatem precedens et eam indicans est tremor dextri testiculi. Equi autem quos avicenna vocat almotebite hoc est in damnos pastos aut domesticos accidunt valde multe infirmitates propter labores et pabula que instant ei. Accidit enim

eis ulcus sive passio ulcerata. Et signum huius infirmitatis in eis est quod membra posteriora adiuvant post introitum ita quod videntur constringi ad quedam et amittit cibum et desiderium comedendi. Et iuvamentum eius est forte per inmunctionem incisa (?) quae est quedam vena que innuit a medicinis equorum. Equis autem accidit constrictio nervorum. Et signum huius est extensio venarum et colli et capitis ac si distendatur equus et tunc gravat eos ambulare et expedit eis. Quinque aliquando etiam accidit equis aggregatio pus (?) sive venenum in pede sive malo loco decidunt. Etiam equus infirmitates oris multe et in palato est una quam quidam fortasse vocant ahrachilus (?) aut germanice schiuff sive schule vocatur et nisi tunc cito in venitur cadit eis palatum et fit eis anhelitus calidus. Et hec infirmitas ut dicit aristoteles caret remedio nisi praescindatur (?). Nos tamen in sequentibus ubi de animalibus singillatim exequimur secundum litteras alfabeti inter cetera et de aliis eorum infirmitatibus loquimur. In ore etiam et maxillis habent alias infirmitates preter quas in sequentibus narrabimus ex parte hic non tangimus nisi diversitates que aut pertinent ad animalia et eorum indicant naturam. Accidit autem etiam equis rabies. Signum autem huius est declinant aures et reflectitur ad collum. Et hec infirmitas non est visa in equis habentibus medicinam. Accidit etiam equis vesice infirmitas et signum huius est quod mingere non possunt et declinant musculos coxarum versus spatulares pedum in fine. Morsus enim venenosorum multum nocet equis. Si enim mordeat abeo (?) quod vocatur megallis nocet equis et mulis, facit enim venenum huiusmodi animalis vesicas ampullosas in corporibus equorum. Sed pessimum est quando hoc animal momordit equam impregnatam. Impregnatam enim tunc ex quantitate et extensione impregnationis ampulla finditur et moritur equa. Si enim non findatur consumitur paulatim venenum vapore a calore naturali et evadit equus. Cum autem finditur nimium fit affluxus humorum et finditur moritur. Similiter autem morsus animalis quod dicitur quidam halkoz (?) quidam autem vocant

ipsum hartzagiuz inducit equis magnas
egritudines. Est autem hoc animal simile lacerte
parve et iacet in prato sub gramine. Incole
autem silve est serpens qui vocatur kakamozh
aut animalia venenosa, non tamen multum habundat
apud nos nisi illud quod vocant kalkzan
et quidam vermis viridis et latus octo pedum
et est valde brevis et habet caudam altam sicut
musca et fetet multum quando rumpitur. Et
quod animal comedens cum inflacione dirumpitur
et precipue equus et quando mordet equum con
trahit vesicas. Est etiam apis terrea apud
nos valde magna et insidiatur equis et
amplius est sepius quando plures earum conveniunt
circa equum pungunt eum et vesicas con
trahit ex quibus sepe moritur. Contra autem
omnes has infirmitates et medicamina
equorum ad peritiam pertinet marescalcie.
Et de hiis nos involvimus istum sive
libris exsequimur. Referunt enim expertores
quod omnes infirmitates que hominibus accidunt
et equis et avibus multotiens enim sicut
homines ita moriuntur equi et aves ve
neno aut ex venenosis humoribus putre
factis in corpore. Similiter si olfecerit equa
impregnata collectionem magnam candelarum
extinctarum abortiet et hoc etiam aliquando mulie
ribus accidit impregnatis. Contra hec agitur sic
et similes infirmitates. Ad hoc autem si
adhereat pullis equarum illud quod vo
catur ypomenes quod est pellicula frontis
eque lambunt illud lingua sua et comedit
ipsum. Et mulieres incantatrices querunt
furtive hoc ad hoc faciunt quedam carmina
incantationum quibus potentes provocant ad
dilectionem infamiam. Et hec carmina vocantur
apud nos corrupte philtra. Et hec est culpa non
philosophi sed eius qui transtulit librum Aristotelis.
Accidit enim equis apud parthos id
quod vocatur coloron et sanguis me
struus quod multum querunt magi ad in
cantandum sicut etiam querunt sodomie cattarum.
Amplius autem accidit equis contra ostem
hominum equi cum quo aliquis pungit
delectantur etiam stare equi in pratis
et aquis et libenter potant aquam tur
bidam et si fuerit clara turbant

eam pede ut grossior fiat aqua enim
clara sua subtilitate nimis penetrat
viscera et intima ipsorum et infrigidant
ea et inmittunt tremorem et post
quam biberint equi libenter natant. Hoc
enim animal multum diligit magna natare
et stare et ideo etiam equi fluviatiles sunt
hec dispositio quod piscis similis est equo fere
in omnibus. Asinum autem quo ad pendas
est contraria dispositio quando nisi fuerit aqua
valde clara non curat potare eam. Asini
autem in maiori parte infirmatur una in
firmitate que arabice vocatur amled la
tine vero catarrus. Melancolicum enim
est animal et ex frigiditate stomachi fumi
grossi spissi sunt ad caput que cum frigide
cerebri in mucilagine conversus fluit ad
nares. Et cum multiplicatum fuerit fluxus
destruit et destruit medullam cerebri
et tandem cum mucilagine incipit fluere
et tunc moritur asinus et quando sepius anhe
litus trahit per nares cum gravitate spirat
asinus in hac infirmitate. Aliquando autem de
scendit ad pulmonem et destruit ipsum
calore suo innaturali sicut est calor apo
stematum. Asinus autem plus sentit frigus
omnibus animalibus. Et ideo in excellenter
frigidis regionibus non invenitur sicut
in suecia et gotia. In omnibus autem re
gionibus que sunt maioris latitudinis
et propterea est etiam parum valde sunt asini
sicut in germania et gallia et non in
veniuntur intra kaytar et septentriones que
est terra lynonum et estanum et suedorum.
Elefantibus autem ut supra diximus accidunt
inflativa infirmitas impediens v
rine exitum et stercoris et quando tra
molitur nisi ad hoc fuerit aguatione as
suetus. Aliquando etiam elefas transgluttit lapi
des. Accidit etiam elefanti dolor ventri
is et contra hoc valet ei potus
aque calide et herbe sub mersa in mel
le comeste. Hec enim due res fluxum
ventris prohibent. Ad hoc quando elefas
vexatur ex insomnietate longa sic
quod non dormiunt unguenta sue spatule

cum oleo et cum aqua calida et curabitur.
Cum autem dolorem patitur spatularum po-
natur super spatulas eius caro porcina
assata et curabitur. Aliqui etiam elefantium
potant oleum et alii non potant ipsum. Qui
autem potant oleum si in corpore ventre est
ferrum extrahitur per oleum. Elefas etiam vinum
bibit et quando potare non potest accipiuntur ine-
dictinas et decoquuntur cum oleo et dantur illa
decoctionem elefantibus ad potandum et cu-
rantur. Hec igitur de curatione quadrupedum
infirmitatibus sint dicta in genere.

Capitulum 3m de perfectibus et defectibus anulosorum animalium

a Animalia autem anulosi corporis
pinguescunt in tempore sue generationis
quoniam ipsum tempus conveniens
fuit. Verum principia vite eorum
qui nascuntur tempus autem generationis calidum
tempus vernum quod conveniens est dicitur
quoniam ... et effectivum est calidum et humidum hec
enim due qualitates sunt vite principia.
Calidum enim movens perforat humidum quod
perforatum constringitur et constringendo figurat
anulum et sic generatur animal anulosum. Est
autem de numero anulosorum apes que magne
sunt utiles hominibus et aliquando generantur
inter eas in mensis et favis vermes
nocentes apibus et sugentes eas et
mel corrumpentes. Ex vinibus autem illis
cum tremuit generantur aranee. Et huiusmodi
sepe quando vinum corruptum invenitur inde
et tele aranearum. Aranea autem illa aran-
te feldecoz vocatur. Quidam tamen vo-
cant eam ferzizez. Hec enim in domibus
apum faciunt texturam. Est autem in vasis
apum etiam animal aliud quod vocatur akikaloz
grece et est animal alatum quod volat circa
lumen in mittens se. Hoc enim animal
perspicuum alarum et motum corporis pulverem
etiam inicit in favos et inficit eos.
Apes ideo non pungunt eos ipsum et quando
suffugant, e contra evolat mordentibus
apibus ex favo. Autem duo alia generantur
ex terre putredine. Et illud quidem quod
vocatur aranea parvum est parvum velocis mo-
tus sicut formicule qui gusantes vo-
cantur et postea crescit et efficitur in aranee
quantitate. Ego autem probavi quod ex putredine
terre nascitur liniendo multas terre partes
in quodam vino quando stetisset usque ad finem
augusti inveni plus amplius quam centum
vermiculos tales et miscebant de
terra residua. Verum autem animal nascitur ex
terre putredine aliquantulum humida. Et primo
est sicut formicula qui terdo vocatur et postea
nascuntur ei tele. Et volat et locum cum primo
insidet inficit albo pulvere sicut sit re-
spersus modica farina et ille pulvis ex-
crescit cera et paulatim crescit ille pul-
vis ita quod in fiunt favos et reddit eos in-
utiles apibus. Adhuc autem apes infirmantur
tempore quo flores papaveris multum tu-
mescunt et hoc sit ex ventositate genera-
ta ex spissitate temporis. Et hoc contrarium omni-
genti apud hoc enim tempus maxime etiam
calidis sequitur. Sequitur epidemia que antiquitus
quasi apis rubigo vocatur et hec inducit
rores siccos malbium pulices ... et
ex illis apes infirmantur. Adhuc autem
apes et omne animal anulosi corporis moritur
cum oleo vel cum aliquo pinguium inungitur
corpus eius et precipue caput eius et
tunc maxime quando unctum soli exponitur
eo quod ex unguento ampliante corpus re-
plentur anuli continentes humidum eius et
calidum.

Capitulum 4m de terris in quibus sit generatio quedam animalium perficientia et quedam deficientia

d Diversificantur autem animalia pre-
cipue anulosa secundum regiones
et loca in quibus sunt vel ex sunt.
Quedam enim loca sunt in quibus quedam
non inveniuntur omnino. Et alia quedam in quibus
sunt parva et pauce vite et maxima. Et
illa aliquando sunt propinqua valde et alia
remota. Ab inuicem sicut inter terram que
Arabs vocatur milue et est quam nos presbiteri
Johannis vocamus. Et est pars Indie maioris
in qua sunt duo loca propinqua in quorum
uno invenitur animal quod thatogaz
vocatur quod stridens dentibus interficit.
In alio autem non invenitur. Et est inius

quidam pullus qui nocte clamat sic
stridat dentibus et vocatur apud ger-
manos mstores scherma et apud si-
piores sperinus et catti non comedunt
hunc murem et abstinent ab eo eo quod est
venenosus eis. Adhuc autem in parte eius-
dem regionis que kakapinos vocatur ab
azple est flumen dividens terram in medio
ndio et in una parte inveniuntur animal
predictum et in alia parte nunquam est inventum
et si portatur illuc moritur. Similiter autem in
parte indie que sivdar cokalom vocatur
est flumen dividens terram et ex parte una
est idem animal et in alia parte non est. Adhuc
autem in berria que est insula terra que vocatur
arzonna que auicenna anthama vocat
non est mus cecus quem talpa vocamus licet
stati de proprinquo matthema sint plurima
tales mures. Similiter autem in gilad parte
eiusdem terre quam vocant lahadvaki non in-
veniuntur omnino et si portantur statim moriuntur
ut dicimus. Adhuc autem in terra que vocatur
arauicha quam auicenna auesi vocat
parui lepores non vivunt sed fugientes
terram aliquando de mare redire videntur. In
terra autem tiholie sive sicilie non inveni-
untur formice magne quas arabes an
acthos quod nubes importat vocant
et in tempore antiquo vasti erant terram
ne intra quod dicitur kori et hanc terram
vocat auicenna tironiaz. Adhuc autem
in lobia non inveniuntur parcus aggrestis
sive montanus quod idem est quod dicit
kntifeus poeta licet in multis sit ho-
mendax cuius dictis non est adhibenda fides
dicit etiam quod non inveniuntur in terra illa
cervus aliquis aut caper aggrestis
inveniuntur parcus neque est onager sicut
dixit cui tamen in terra illa valde magna
sunt animalia sanguinem habentia sed hoc certum
est quod in mari illius regionis non inveniuntur
genus malachie neque aliquod animal du-
re teste nisi in locis valde paucis. Oves
autem que sunt testee torti valde magne
sunt in mari rubro. Adhuc autem in terra
nubia que est terra nigrorum quam vocant nu-
mauritania inveniuntur habent oves latas cau-
das valde ita quod latitudo caude est
in latitudine cubiti. Ego autem vidi plures
oves quarum cauda latitudo fuit quinque
palme et amplius et inter animalia ca-
prarum et caprarum illius terre est quasi distan-
cia palmi et quedam caprarum caudas habent
pendentes usque ad terram et amittunt corpo-
re veniunt ad terram et etiam illius re-
gionis habent pilos super spatulas sicut
cameli et tondentur sicut oves. In eadem ni-
bia oves pariunt agnos cornutos et cor-
nua intra illa non habent tamen arietes sed
oves femine sicut dicit omerus. Intra
autem septentrionis contra kaucaz accidit
contrarium huius quoniam in neque mas neque femina
habent cornua. Adhuc autem in egipto sunt
quedam animalia valde magna sicut thau-
ri et oves et quedam parva sicut canes
et lupi et lepores et vulpes et corui
et accipitres. Et dicitur huius causa esse cibus
regionis illius. Quedam enim animalia in e-
gipto multum cibum habent et quedam mo-
dicum sicut lupi et accipitres. Cibus enim
animalis comedentis carnem est in paucis
quoniam parve aves sunt in et sicce et parum
nutrientes et similiter est de carne alia
que est in egipto animalium que venantur parum
lupus vel canibus. Animal autem non come-
dens carnem proprie domesticum habet
in locis palustribus multum cibum et mul-
tum nutriente legumine autem et silvestria sunt
in egipto pauca et parva eo quod partes
non habent in multos tamen pilos quos
decerpant talia animalia et fructus arbo-
rum illius regionis non possunt durare nisi
parum et ideo animalia silvestria in regione
non inveniunt cibum pilosos autem multum
est oppositum huius causa corporis que dicta sunt
complexionis regionis sicut in kovkole
que est pars septentrionalis et in enkoroz
et in kalevca et in stenoky que sunt loca
vicina polo septentrionali et propter maiorem
frigus illorum locorum non inveniuntur ibi
aves parve omnino. In montibus enim horum
locis tempus hyemale est valde forte.
Adhuc autem in terra arabice species lacte
parve que apud nos est quantitas sive lon-
gitudinis palmi et accipiatis species est vel

inveniuntur in longitudine cubiti et lacerte
provincie versus hyspaniam sunt virides et
magne valde et malorum morsuum aliquando in-
silientes in facies hominum. Et in terra ista sunt mu-
res valde magni ita quod anteriores eius pe-
des videntur esse unius palmi alti et posteriores
forte habent longitudinem digiti quamvis innitantur
super caudam cum sunt positus. Adhuc autem in libia
invenitur genus serpentum quod aplaton greci
sapientes dixerunt eo quod est sine latitudine
proportionata longitudini ipsius. Et dixerunt
se quidam vidisse quod in mari civitatem libie vi-
derunt ossa camelorum que comederunt serpentes dra-
Adhuc autem in terra arabum que saracenorum vo-
catur sunt lupi multi et maioris quantitatis
leonum habentes et maxime in locis que dicuntur
rostrum achabo orientis. Adhuc autem leop-
ardi multi sunt magni et non sunt in europa. Et
tamen universaliter omnia agrestia animalia sunt
in europa magis plura et magis fortia quam
alia propter spiritus et sanguinem qui multiplicantur
in eis ex habitatione frigida. Et animalia ista
sunt malorum morsuum. In libia autem maxime
inveniuntur in multitudine magna animalia sicut
est dictum in pluribus et precipue serpentes multi
sunt in terra illa propter pluvie defectum propter
quod et animalia huius terre non assueverunt
bibere aquam et sunt serpentes propter quod etiam non luxu-
riant nisi in fine hyemis cum humec-
tata sunt ex humore hyemis. Mus etiam
huius terre quando bibit aquam moritur eo quod bibere
non consuevit

Capitulum quintum de permutatione secundum commix-
tionem diversorum animalium secundum coitum et
de diversa intoxicatione venenosorum secundum
loca et ex hoc quod unum venenosum co-
medit aliud

Animalia etiam efficiuntur et de-
ficiunt alia ex seminum permix-
tione cum speciebus aliis sicut
dicitur quod catus efficit in speciem
leporarii ex coitu cum vulpe et ex coitu
cum lupo efficit in speciem magni canis qui
mastinus vocatur a nobis et in yndie na-
rrant certissime quod indici canes veloces
et fortes venerunt ex coitu canis cum
grida. Ligant enim catulas in silvas et aliquando

quidam devorantur et aliquando cum tygris animal
multum est in libidine luxurie coit cum ipsa et
cum dentibus abscindit ligamen et talis fetus
primi ventris non domesticatur sed coit cum
domestica catula et cum provenit ad quartum ven-
trem tunc domesticatur dicitur etiam quod quidam co-
portarii magni quos veltres quidam vocant
provenerunt ex coitu leopardi cum cane. Adhuc
autem loca magnum in moribus animalium faciunt
diversitatem. Montuosa enim animalia omnia sunt alterius
consuetudinis quam ea que sunt in vallibus. Amplius
autem secundum loca diversitatem accipiunt fortitudinis
partem. In terra enim altorum vocata et sunt lupi
fortissimi sunt eo quod est locus altus et mon-
tosus. Et dicitur quod femine de loco illo porco vi-
delicet et lupa plus fortitudinis habent quam
masculi in aliorum locorum. Et hoc non enim facit
diversitatem fortitudinis in eis sed etiam in venenosis
facit diversitatem intoxicationis. Scorpiones enim
hic et plurimi aliorum locorum non sunt multum
mali et malis multis sunt magni et mali
ita quod si pungant hominem interficiunt ipsum.
Et sunt sicut partus magnis quamvis parti
propter pellis spissitudinem et adipis non mul-
tum sentiant puncturam scorpionis. Scorpio-
nes enim quidam pungentes partos nigros
precipue interficiunt sed etiam moriuntur si statim
post puncturam moriuntur magis quam cum liquefi-
gi dicitur convenit ad cor reflectitur. Adhuc
morsus serpentum magnam secundum loca accipiunt di-
versitatem. Quoniam draco quidam est in terra e-
thiopie ex quo generatur quedam tyri species
ex qua accipitur antikon et hoc est vene-
num pessimum contra quod nulla invenitur medi-
cina. Similiter autem in loco libie quod tilbar
vocatur est serpens parvulus valde qui morsu
suo inficit et interficit homines. Et
fertur quod contra morsum eius non valet
aliquid nisi lapis qui accipitur manibus ipsius
regis sepulcri qui sibi imbibit balsamum ad
humorem egressum de corpore mortui hic
acceptus et rasus in vino et impositus da-
tus dicitur hoc venenum restringere. Etiam in qui-
busdam locis ytalie est serpens vocatus
tolobaron cuius morsus est mortalis. Quando
autem morsum cum animalium comedit venenum de-
periculosa et maxime si venenosa comedat

se invicem sicut comedit draco scorpio-
nem. Est enim luce saliva hominis ieiuni qui
diu ieiunavit et impedienti fero abstinuit
contrariatur omnibus venenosis. Invenitur autem
tyrus sive serpens quidam quem greci alby-
nem dicunt latine autem quidam vocant eum
basiliscum alii autem verius vocant eum
regulum eo quod est rex serpentum quia alii ser-
pentes ex magnitudine fugiunt cum tamen in lon-
gitudine non excedat digitum et est pilo-
sus in toto corpore et quando mordet aliquod
animal vel hominem subito putrescunt ea que
circumstant morsum ex calore veneni. Est etiam
autem in india invenitur quidam parvus tyrus quem
vocant basiliscum et morsus huius est adeo for-
tis et calidi veneni quod contra ipsum non in-
venitur medicina. Sciendum enim quod quoddam
est venenum calidum et quoddam frigidum et
illud quidem quod est calidum quasi comburendo
interficit et cito quia adustio accidit mor-
sus loco. Frigidum autem interficit cor in
frigidando quando vaporabiliter ad cor diffun-
ditur. Adhuc autem non oportet latere quod tyrus
apud nos est serpens quidam antiqua sui
corporis potens exigens de quo sibi dyrinum
et deciatur mulus eius accipitur in ponere ty-
riace. Hic autem non sic vim tyro sed po-
tius proprie serpentis quod sibi continet
multas species sive calidum habent venenum
sive frigidum. Sunt adhuc serpentes qui dum
statim advenientes eo quod venenum eorum vapo-
rabiliter et spiritualiter aliquando per vaporem o-
ris diffunditur aliquando autem ab oculis procedit
spiritus penetrabilis terra quidem videt eminus sic-
ut mulieres sanguinea ab oculis menstruate effluit
in speculum et hoc attribuitur basilisco. Aliud
est vocatur dypsas quod interpretatur situla eo quod
venenum statim excitat humorem qui est medi-
calis quod mordetur sitiendo et bibendo
moritur. Est autem morsus huius tanta humor-
nalis veneni est fortior actionis calidum
et frigidum venenum quod sic calidum et humidum
vel frigidum et siccum unius elementi simpliciter.
Cuius in ante hiis libris anolius est assig-
natio propter siccitatem et ratio est contractus
humidis habens ad ipsa venenosa. Sed de in-
tabilibus quod causa sunt maiori talibus est

tantum quod refert aristoteles in regimine dominorum
libro quem scripsit ad alexandrum quod videlicet
puella missa fuit alexandro ex cuius morsu
moriebantur homines sicut ex morsu serpentis et
humor salivalis in ipsa fuit venenum et
possibilitas huius probatur ex hoc quod sagitta in-
tincta in saliva hominis ieiuni interficit
quem vulnerat aliud est quod vincit saliva ipsa
quod ipsa est medicamen contra venenum et alii
non est salutaris et forte est plus venenosa. Nar-
rat etiam avicenna quod in terra de nascentie fuit
homo temporibus suis qui quotiens voluit pa-
lliavit corpus suum et cuiusdam quando voluit sa-
navit et venenosa pungentia cauda vel
lingua sicut scorpio et aranea fugiebant
eum in se multum lacessita et punctura ab ipso
et statim ut pupugerunt eum moriebantur ve-
nenosa et ipse homo remansit illesus et
serpens quidam magnus momordit eum et
statim mortuus fuit serpens et venenum ser-
pentis non induxit morbo nisi effimaram
duorum dierum. Est et ad adhuc illa gratia videndi
eum venisset avicenna invenit in domo
filium reliquit in quo multa de mirabilibus
patris quia inventa avicenne momordit serpens
et statim serpens fuit fere mortuus et ange-
licus horribilis vir illius et ideo eius fuit
valde serpentibus omnibus. Adhuc in mea
nostra patria in colonia coram multis de sociis
meis putabatur quidam tempore puella forte
trium annorum quod statim ut dimittebatur de ma-
nibus matris per angulos parietum discurrebat
querendo araneas et omnes parvas et mag-
nas comedit et proficiebat ex hoc cibo et
multum hominibus aliis despiciunt eum.

Capitulum 6m de effectu et bonitate ostrearum et cancrorum et piscium

Sunt autem adhuc et alia anima-
lia quibusdam diversitatis quoniam
ea quae sunt testea tota sicut
anathez et sic ea que sunt
mollis teste sunt bona valde tempore sue
impregnationis secundum quod dicit karabo autem
econtrario. Mollis enim teste cum inpreg-
nata sunt elevatur super pedes et postquam
peperit quiescit. Karabo autem facit e
contra. Adhuc autem quando ea que dicuntur mala-
chie pullificant sunt bona. Multipes
autem quod est polipus similiter autem etiam

quod dicitur karudes et antee pisces fere
apud principium sue impregnationis sunt boni et
quando elongabitur tempus impregnationis quedam sunt
bona et pinguia et quedam non. Inde autem
animal quod vocatur menoz apud tempus impregnationis
est bonum et pingue et in illo tempore figura
ventris eius est rotunda et mas illius generis
est latior et longior et cum incipit femina in
pregnationem accidit madius varietas coloris et
fiunt nigri et maculosi diversis coloribus
et tunc non sunt boni ad comedendum et in isto tempore
a quibusdam dicitur capi. Adhuc autem diversantur
animalia que vocantur farokoto et ckayola secundum
causas coloris diversitates. Merlus autem mu-
tat colorem secundum tempora, sicut accidit quibusdam
avibus in mutatione pennarum quoniam in vere
est nigrum et in hyeme album. Koky autem qui est
cuculus marinus mutat colorem qui vocatur
abalat hoc est nigrum et efficitur albi co-
loris. Et ideo albi coloris est malus temporibus
aver no tempore et iste solus inter pisces
astaradi hoc est nidum ut dicitur et pulli-
ficat in eo. Medyz autem est in vere multum
albus et in estate precipue efficitur nigrum
et hoc videtur apparere malus et eius bran-
chis. Karachmoz autem est tunc bonum sicut me-
nz et labrakoz. Ctomes autem habentes corti-
ces sive squamas sunt mali cum pullificant
in maiori parte. Smilie autem glaucoz et pis-
ces veteres sunt mali illo tempore et maxime
corchio. Adhuc autem pisces cecos sunt mali
ad saliendum eo quod maior pars humidi pinguis
quod continebatur in ventribus corporum iam dissolutum
est. Pisces autem antiqui cognoscuntur ex ma-
gnitudine et duricia. Nam enim de quibus
est corchoz antiquus et ponderabat quasi talenta
et sua cauda erat duorum cubitorum lata et
quinque palme. Adhuc pisces latinales sunt
boni et pingues post pullificationem et contra
et maxime si habuerint multum cibum. Qui-
dam tamen talium piscium mali sunt tempore pul-
lificationis sicut ille qui dicitur genoz et
sibi similes. In omnibus autem maris piscium
mares sunt meliores feminis preter quod in balba-
loz in quo femina melior est mare. Femina
tamen in hoc pisce non est nisi secundum nomen
dicta quoniam secundum veritatem non habet in membris
sexuum discretionem sed secundum membrorum corpo-
solum

Tercius tractatus septimi libri animalium et
est tocius digressio declarans causas pre-
dictas. Capitulum primum et est digressio decla-
rans divisionem animalium in ea que spirant
et in ea que non spirant et que habitant
in aqua et que habitant in terra et in media
que sunt inter hec

Et quidem a prioribus per-
ypatheticis tradita sunt de cibo
et habitacionibus in locis animalium
ab hiis causas naturales assignatas
propter quod rursum apparet ista minus requi-
sita et causam ipsorum reddere naturalem. Hic enim modus
est proprius. Sermo autem a philosophis qui in libro de lo-
ci et locati natura dicta sunt omne locatum ge-
nerale est suo loco et ideo in ipso habet et generacionem
et salutem, propter quod quodcumque animalium in principio
vite quod est cor talem habet calorem qui
omnino spiritualis est et calidus propter opponentia
calida hoc necesse est, et propter aerem inspirare
et pulmone cordis sui ventilabrum constare.
Hic quasi aliud naturaliter non nocivam languet et hec
sunt frequentia in corporis opponentia habentia spiritus
calidos et sanguinem quia si tantus spiritus calor
magnus esset sicut aqua evaporaret et non
contineret aptum et dissolveretur. Adhuc autem
maxime metheororum humidum est calidum in sub-
frequenti magis adiuvat et continetur in substan-
tia propter quod quodcumque calidum ex omnibus
opponentibus talem sortita sunt calorem necesse
est inspirare et aerem attingere. Est autem
huius caloris causa quoniam ex substantia frequenti com-
posita necesse est nutriri sicut apoplexia egrotan-
tibus diuris salitis et frequentibus. Propter quod
etiam fortem oportet esse calorem digerentem. Et
cum principium omnis digestionis sit a corde
oportet in cordibus corporis esse calorem valde intensum
propter quod refrigerante indiget et
temperante instrumento et vehiculo suo quod
est spiritus. Hoc agitur cum est quod facta sunt spirancia
ea que spirant et necesse est ea aerem attin-
gere. Non enim diu manet sine instrumento
et vehiculo eius quod est vitalis vege-
tabilibus spirantibus nisi per inspirationem a-
erem recipiat et restauratur. Quecumque autem
ex opponentibus sunt mollia plurimum et
frigida talem non sunt sortita calorem circa
principium vite sed minorem et ideo refrigerantis